UNIVERSALIA SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS

DECRETA

Omnibus vtriuſque Cleri Eccleſiaſticis vbique Locorum exiſtentibus perutilia, & neceſſaria,

A JO: BAPTISTA PITTONO SACERDOTE VENETO

COLLECTA.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA



EXCUDEBAT VENETIIS

Leonardus Pittonus Collectoris Pater

ANNO M. DCCV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSTITUTIO SIXTI QUINTI, IN QVA ERIGITVR CONGREGATIO SACRORVM RITVVM, ET COEREMONIARVM.

IAm verò, cùm Sacri Ritus & Cœremoniæ, quibus Eccleſia à Spiritu Sancto edocta ex Apoſtolica traditione, & diſciplina vtitur in Sacramentorum adminiſtratione, Diuinis Officijs, omnique Dei, & Sanctorum veneratione, magnam Chriſtiani Populi eruditionem, veræque Fidei proteſtationem contineant, rerum Sacrarum maieſtatem commendent, Fidelium mentes ad rerum altiſſimarum meditationem ſuſtollant, & Deuotionis etiam igne inflamment, cupientes Filiorum Eccleſiæ pietatem, & Diuinum cultum Sacris Ritibus, & Cœremonijs conſeruandis, inſtaurandiſque augère,

§. 1. Quinque Cardinales delegimus, quibus hæc præcipuè cura incumbere debeat, vt veteres Ritus Sacri vbiuis locorum, in omnibus Vrbis, Orbiſque Eccleſijs, etiam in Capella noſtra Pontificia, in Miſſis, Diuinis Officijs, Sacramentorum adminiſtratione, cæteriſque ad Diuinum cultum pertinentibus, à quibuſuis Perſonis diligenter obſeruentur, Cœremoniæ ſi exoleuerint reſtituantur, ſi deprauatæ fuerint reformentur, Libros de Sacris Ritibus, & Cœremonijs, inprimis Pontificale, Rituale, Cœremoniale, prout opus fuerit, reforment, & emendent, Officia Diuina de Sanctis Patronis examinent, & Nobis prius conſultis, concedant. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum Canonizationem, Feſtorumque Dierum celebritatem, vt omnia ritè, & rectè, & ex Patrum traditione fiant, & vt Reges, & Principes, Eorumque Oratores, aliæque Perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ, ad Vrbem, Curiamque Romanam ve-

nientes,

nientes, pro Sedis Apoſtolicæ dignitate, ac benignitate honorificè more Majorum excipiantur, cogitationem ſuſcipiant, ſedulòque prouideant. Controuerſias de Præcedentia in Proceſſionibus, aut alibi, cæteraſque in huiuſmodi Sacris Ritibus, & Cœremonijs incidentes difficultates cognoſcant, ſummariè terminent, & componant.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1587. 11. Kal. Febr. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Ex Bullario Cherubini tom. 2. Conſtit. 74.

NOI REFFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAuendo veduto per la Fede di reuiſione, & approbatione del P. F. Vicenzo Mazzoleni Inquiſitore nel Libro intitolato: *Vniverſalia Sacrorum Rituum Congregationis Decreta à R. Io: Baptiſta Pittono Sacerdote Veneto collecta* non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Prencipi, e buoni Coſtumi, concedemo Licenza à *Leonardo Pittoni Stampatore*, che poſſi eſſer Stampato, oſſeruando gl'Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venetia, e di Padoa.

Dat. 15. Decembre 1704.

(Ferigo Marcello Proc. Reff.
(
(Marin Zorzi Refformator.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

DE-

DECRETA SACRORVM RITUUM CONGREGATIONIS,

Et etiam pauca ex Congregatione Epiſcoporum deſumpta.

EDITA

ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni		Numeri
1591.	31. Jan. Coadiutor Epiſcopi poteſt de licentia ejuſdem Epiſcopi benedicere Populo, dum per Civitatem incedit.	1.
1593,	6. Jul. —— Non poteſt Epiſcopus cantare Miſsam in Eccleſiis Regularium, ipſis invitis, ubi ſcilicet non eſt ſolitum ¶ Vbi autem eſt ſolitum, poteſt & ibi Baldachinum erigere, ex Decreto edito ſub die 10. Jun. 1603.	2.
1593.	22. Febr. —— Euchariſtia in Feſto Corporis Chriſti non eſt deferenda per vias Hebræorum.	3.
1593.	22. Febr. —— In Tabernaculo, ubi aſservatur SS. Sacramentum, non ſunt retinendæ Reliquiæ, nec Vaſa Sacrorum Oleorum, nec aliud.	4.
1593.	13. Sept. —— Reliquiæ, quibus in Altaris conſecratione utitur Epiſcopus, debent eſse Sanctorum ab Eccleſia approbatorum.	5.
1594.	28. Nov. —— Tabernaculum SS. Sacramenti in Cathedralibus non debet eſse in Altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt verſis renibus ad Altare.	6.
1595.	8. Mar. —— Vicario Epiſcopi Miſsam cantanti ſolemnem non miniſtrant Canonici, neque fit Circulus ante ipſum ¶ Vide infra num. 16.	7.
1595.	7. Aug. —— Ad Horas omnes, quæ recitantur in	8.

A 4 Cho-

Choro, ardeant in Altari duæ ſaltem Candelæ.

1595. 7. Aug —— Temporis præſcriptio ad recitandum in Choro divinum Officium, ab Ordinario cum duobus, vel tribus deputatis à Capitulo diverſimodè fieri debet ſecundùm diverſa Anni tempora, & adnotari in Tabella appendenda in Sacriſtia. 9.

1595. 18. Octob. —— Matutinum in Cathedrali recitandum eſt manè, non autem Veſperi pro die ſequenti. 10.

1596. 29. Mar. —— Si conſuetudo deferendi Proceſſionaliter SS. Sacramentum feria ſexta Paraſceves in Feretro nigris velleribus contecto non poteſt abſque graviori incommodo extirpari, eſt toleranda. 11.

1596. 22. Maij. —— Tolerari non debet, quod in locis publicis, & ſordidis ſtent depictæ diverſæ Cruces, ac Sanctorum Imagines in deriſum Chriſtianæ Religionis. 12.

1599. 8. Nov. —— Non ſunt conſecranda ea Altaria, ſub quibus recondita ſunt Defunctorum cadavera. 13.

1599. 10. Nov. —— Si ſub Altari, vel ſub ejus gradibus humata ſint Defunctorum Cadavera; non eſt ibi celebranda Miſsa, donec aliò transferantur. 14.

1600. 12. Jan. —— Moniales, completo Officio, poſſunt recitare aliquem Pſalmum, Orationem, vel Collectam, quia hoc non eſt Officio addere. 15.

1600. 16. Maij. —— Epiſcopo abſente, non poteſt Vicarius Miſsas celebrare Conventuales, nec Pontificales. ¶ Vide infra num. 127. 16.

1601. 20. Febr. —— Hebdomadarius non debet celebrare valdè diluculo. 17.

1601. 12. Mar. —— Nomine Proceſſionum generalium comprehenduntur Rogationes. 18.

1601. 27. Mar. —— Muſica non decet in Officio Quadrageſimali, præſertim cum Inſtrumentis, & ſi eſt occaſio alicujus ſcandali. 19.

1601. 20. Aug. —— Vbi Canonici ſunt pauci, Dignitates etiam accedere tenentur ad legile, & cantare, ſicut alij. ¶ Vide infra num. 34. 20.

1601. 1. Oct. —— Sacerdoti Miſsam novam celebranti licet oblationes accipere, modò non diſcedat ab Altari. 21.

1601. 25. Oct. —— Non ſunt ex Organo faciendæ Conciones, maximè ubi habetur ſolitus Pulpitus. 22.

1601. 7. Dec. —— Dignitatibus hinc inde diſtributis in Choro, incenſentur eæ cum Canonicis ab una parte, deinde aliæ cum aliis Canonicis ab altera parte, non verò Dignitates omnes ſimul ante omnes Canonicos. ¶ Vide infra num. 54. 23.

1601. 20. Dec. —— Canonici in Dominicis ſingillatim aſpergendi ſunt Aqua benedicta, non verò unico ictu in circulum. 24.

1602. 23. Mar. —— Cùm Antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque latere Chori, etiam Canonici, ſurgere debent, juxta Cæremoniale, non obſtante conſuetudine. 25.

1602. 17 Apr. —— Non eſt impedienda Devotio ad Imagines ſanctas. 26.

1602. 20 Apr. —— Canonici tenentur in Choro pſallere, aliàs non ſatisfaciunt obligationi ſuæ. ¶ Vide infra num. 34. 27.

1602. 27. Jul. —— Miſſa Conventualis in Feſtis dicenda eſt tempore æſtivo hora decima quarta, tempore verò hyemali hora decima ſeptima: in Feriis autem poteſt dici paulo citius, modò non valde diluculo. ¶ Vide infra num. 35. 28.

1602. 3. Aug. —— Aſſiſtentia, quæ fit ad Miſſam, & Veſperas, fiat cum Pluviali. 29.

1602. 8. Sept. —— Qui ſunt de gremio alicujus Eccleſiæ, debent recitare Officium, quod in Choro dicitur, & licèt extra Eccleſiam, vel Diœceſim morentur, decet eos recitare Officium proprium Eccleſiæ ipſorum. 30.

1602. 8. Sept. —— Clerici, licèt adſcripti alicui Eccleſiæ, & einſdem ſervitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alii Clerici Sæculares, Regulareſve in Civitate, vel Diœceſi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diœceſis, vel quæ de conſuetudine in eàdem Eccleſia recitantur in Choro. 31.

1602. 28. Sept. —— Statuta Eccleſiæ Collegiatæ quærenda ſunt à proprio Epiſcopo. 32.

1602. 5. Nov. —— Qui aſſiſtit in Choro Miſſæ Con- 33.

ventuali, non poteſt portare pileolum per totum Canonem: in alijs verò Divinis Officijs uti poteſt.

1602. 23. Nov. —— Canonici debent cantare alta voce, ſed non poteſt eos Epiſcopus cogere. ¶ Vide infra num. 128. 34.

1602. 3. Dec. —— In Eccleſia Collegiata poſſunt Divina perſolui citius, quàm in Cathedrali. 35.

1602. 10. Dec. —— Intra Clauſuram omnino prohiberi debet celebratio Miſſæ, etiam ad communicandas Infirmas, non obſtante antiquiſſima conſuetudine. 36.

1603. 14. Jan. —— Miſſa Conventualis canenda eſt quotidie in Collegiatis, quarum Clerus eſt numeroſus, & redditus non tenues. 37.

1603. 5. Mar. —— Altare portatile tunc conſecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repoſitorium Reliquiarum. 38.

1603. 15. Apr. —— Ubi Oratio quadraginta Horarum fuit ob tumultus bellicos intermiſſa, debet reſtitui. 39.

1603. 13. Maij. —— Abuſus antiqui in Proceſſionibus tollendi ſunt cum magna cautela, ne majora ſcandala ſequantur. 40.

1603. 23. Maij. —— In Dominicis, & Feſtis conceditur Miſſa ſolemnis pro Defunctis, inſepulto Corpore. 41.

1603. 23. Maij. —— Cineres diſtribuendi in Feria quarta poſt Dominicam Quinquageſimæ debent eſſe aridi, non verò in modum luti. 42.

1603. 23. Maij. —— Si Proceſſio Litaniarum majorum terminetur ad Eccleſiam Sancti Marci, cantetur ibi Miſſa de S. Marco, non verò de Rogationibus. 43.

1603. 23. Maij. —— Veſperæ Defunctorum pro prima die Menſis poſſunt dici poſt Veſperas Dominicæ, vel Feſti. 44.

1603. 23. Maij. —— Aſſiſtentes Epiſcopo, licèt minus digni, præferuntur omnibus alijs, & ante Dignitates thurificantur. 45.

1603. 10. Jun. —— Non poteſt Epiſcopus prohibere, ne Parochus celebret Mortuorum Officium ſine interventu Vicarij Foranei. 46.

1603. 5. Jul. —— Non tenentur omnes Canonici aſſociare Epiſcopum ab eo Altari, in quo Miſſam planam celebravit, uſque ad Sedem Epiſcopalem, ſi aſſiſte- 47.

ſiſtere voluerit Miſſæ Conventuali.

1603. 5. Jul. —— Conſuetudo, ut Dignitates, & Canonici Mitram, Gremiale, Baculum, Thuribulum, & ſimilia miniſtrent Epiſcopo, eſt ſervanda. 48.

1603. 2. Aug. —— Ubi adeſt inveterata conſuetudo recitandi in Choro Pſalmos Pœnitentiales in Ferijs quintis Quadrageſimalibus poſt Completorium, & Pſalmos Graduales in Ferijs tertijs ejuſdem temporis, & eodem loco, retineri poteſt. 49.

1603. 6. Sept. —— Qui deſtinatus fuerit ad regendum Chorum, non eſt dimovendus à Choro, ut aſſiſtat Epiſcopo. 50.

1603. 29. Nov. —— Non eſt relinquendum Officium debitum pro Officio devotionis. 51.

1604. 10. Jan. —— Epiſcopus non debet in Eccleſia ſalutare Canonicos aperiendo caput, ſed benedicendo manu. 52.

1604. 10. Jan. —— Dignitates, quæ habent Præbendas cum onere cantandi Evangelium; ſeu Epiſtolam, non tenentur miniſtrare inferioribus. 53.

1604. 7. Febr. —— In Eccleſia Collegiata exempta, præſente uno Canonico Cathedralis cum Epiſcopo, & Abbate Collegiatæ ejuſdem cum ſuis Canonicis, prius incenſetur Canonicus, deinde Abbas. 54.

1604. 4. Maij. —— In eodem Palatio non conceditur, niſi unum Oratorium privatum. 55.

1604. 17. Jul. —— Non poteſt Abbas extra ſuam Eccleſiam uti Mitra, & Baculo, neque ea ante ſe deferre. ¶ Vide infra num. 195. 56.

1604. 16. Oct. —— Dedicationis Feſtum, extra actum Conſecrationis, non poteſt amplius mutari ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica. ¶ Hoc Decretum oſtendi Brixinæ (in Comitatu Tyrolenſi) Reverendiſſimo Domino tunc Provicario Generali Joanni Antonio de Zephyris, qui cupiebat, ut Celſiſſimus, & Reverendiſſimus Epiſcopus, & Princeps Joannes Franciſcus Khuen (cui requiem æternam Deus donet pijſſimus) mutaret ultimam diem Julij in aliquam ex Dominicis præfati Menſis, ut ratione Feſti Populus copioſius conveniret ad Dedicationem Cathedralis. 57.

Con-

———— Conſecrator Eccleſiæ poteſt in actu Conſecrationis ſtatuere aliam diem pro *Anniverſario* ejuſdem Conſecrationis. ¶ Hoc deciſum fuit 1585. 19. Febr. ab alia Congreg. quam Rituum, cum hæc inſtituta ſit Anno 1587. 58.

1604. 16. Oct. —— Si Eccleſiæ Dedicatio occurrat in Feſto Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ fiat de ea, Miſſæ duæ cantentur, & infra Octavam fiat de digniori. 59.

1604. 16. Oct. —— Corpora Sanctorum nondum Canonizatorum non poſſunt poni ſub Altaris hoc antea deciſum fuit 1586 10 Jun. 60.

1604. 26. Oct. —— Titulus antiquus Eccleſiæ mutari non poteſt à Confraternitate. 61.

1605. 16 Jan. —— Si Epiſcopus intereſſe voluerit Horis Canonicis, ſtatuere debet certam adventus ſui horam, qua elapſa poterit inchoari Officium. 62.

1605. 11. Jun. —— Epiſcopus Regularis debet Officium recitare juxta ritum ſuæ Diœceſis, non verò Regulæ, & occurrente Feſto Regulæ in Feſto Diœceſis, hoc erit præferendum. ¶ Vide infra num. 225. 63.

1605. 11. Jun. —— Capellanus Epiſcopi, qui cum eo recitat Officium, debet ſe illi conformare. 64.

1605. 3. Sept. —— Officium in Choro non eſt inchoandum ſtatim dato ſigno, ſed elapſa tertia horæ parte poſt ſignum datum. 65.

1606. 28. Jan. —— Miſſæ ad ſatisfaciendum eleemoſynis alicui Eccleſiæ traditis non ſunt celebrandæ per exteros, ubi commodè poſſunt ſatisfieri per Sacerdotes ejuſdem Eccleſiæ. 66.

1606. 17. Jun. —— Poſita Præbendarum diſtinctione in Præsbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, qui de novo obtinuerit Præsbyteralem, præcedere debet habentes Diaconales. 67.

1607. 16. Jan. —— Non poteſt Epiſcopus extendere ad ſuam Diœceſim Officium illud, quod fieri ſolet in Civitate. 68.

1607. 28 Apr. —— Archidiaconus ſuſtinens Baculum Epiſcopi thurificandus eſt poſt Diaconos aſſiſtentes, ubi non adſit contraria conſuetudo. 69.

1607. 19. Maij. —— *Gloria in excelſis* cum *Credo* omittitur 70.

tur in Votivis pro re gravi, ſi Violacea adhibeantur Paramenta.

1607. 19. Maij. —— Res gravis pro licita Votivæ ſolemnis decantatione cum *Gloria*, & *Credo* ea eſt, pro qua convenit totus Clerus cum Epiſcopo; vel apud Regulares in eorum Comitijs Generalibus, ſeu Provincialibus, cùm cantatur Miſſa pro re, eorumdem judicio, gravi. 71.

1607. 19. Maij. —— Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non debent in Proceſſionibus incedere parati, ſicut Canonici Cathedralis. 72.

1607. 19. Maij. —— Cereus Paſchalis regulariter accendendus eſt ad Miſſas, & Veſperas ſolemnes in triduo Paſchatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis uſque ad Aſcenſionem; in alijs ſervanda eſt Locorum conſuetudo. 73.

1607. 19 Maij. —— Septimum Candelabrum adhibeatur in Miſſis tantùm Epiſcopi ſolemnibus, ſed non Defunctorum. 74.

1607. 19 Maij. —— Aſſiſtens Presbyter debet Epiſcopum thurificare ad ſedem, quicumque ille ſit, non verò Diaconus Evangelij. 75.

1607. 1. Sept. —— Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione recitandum eſt manè die ſecunda Novembris, non verò pridie veſperi. ¶ Vide infra, num. 310. 76.

1607. 1. Sept. —— Servanda eſt ea conſuetudo, qua recitatur in Choro Officium parvum Beatæ Virginis Mariæ in Semiduplicibus, & Dominicis, non obſtante Bulla Pij Quinti, nam ibi dicitur: *Sine præjudicio ſanctæ conſuetudinis*. ¶ Vide infra num. 149. 77.

1607. 1. Sept. —— Coadjutor Epiſcopi non ſedet celebrans, niſi in Faldiſtorio, neque habet Diaconos aſſiſtentes, neque Canonici parantur, neque ponitur ſeptimum Candelabrum. 78.

1607. 1. Sept. —— Prædictus Epiſcopi Coadjutor non utitur Baculo, niſi in Ordinationibus. 79.

1607. 17. Nov. —— In Altari privati Oratorij, cui conceditur celebratio Miſſæ, non poteſt tamen celebrari in Natali Domini, Epiphania, prima die Paſchatis, & prima Pentecoſtes, Annunciatione, Aſſum- 80.

ptione

ptione Beatæ Virginis Mariæ, in Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, nec in Solemnitate omnium Sanctorum. ¶ His tamen diebus addatur Sabbatum Sanctum, ut patet ex inferius dicendis, numero 312.

1608. 9. Febr. —— Eccleſia Parochialis in Diœceſi venit ſub nomine Matricis, ante quam idcirco neque Regulares, neque Confratriæ poſſunt Campanas pulſare in Sabbato Sancto. ¶ Vide infra num. 121. 81.

1608. 9. Febr. —— Simplex reconciliatio Eccleſiæ, ſeu Cæmeterij non conſecrati poteſt committi Presbytero in Dignitate conſtituto. ¶ Immo & ſimplici Sacerdoti juxta Rituale Romanum. 82.

1608. 15. Mar. —— Quamvis Præbendæ non ſint diſtinctæ, convenit tamen, ut fiat diſtinctio Pluvialium, Planetarum, & Dalmaticarum in Solemnioribus. 83.

1608. 15. Mar. —— Diaconus, & Subdiaconus accipiunt Pacem ab Epiſcopo celebrante ſtatim poſt Diaconos aſſiſtentes. 84.

1608. 15. Mar. —— Canonici digniores debent ſedere in Sedibus, quæ ſunt viciniores Sedi Epiſcopali. 85.

1608. 10. Maij. —— Duorum Canonicorum aſſiſtentia ſemper convenit Epiſcopo, ſive celebret ipſe, ſive aſſiſtat Divinis. 86.

1608. 14. Jun. —— Prima Dignitas det candelam Epiſcopo in Feſto Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, & Epiſcopus det ſtatim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem. 87.

1608. 17. Sept. —— Omnes de Clero, etiam Canonici Euchariſtiam ſumant de manu Celebrantis in Feria quinta in Cœna Domini. ¶ Vide infra num. 263. & num. 326. 88.

1609. 10. Jan. —— Dignitates tenentur aſſociare Epiſcopum cum Canonicis ex debito, lic t Cæremoniale Epiſcoporum nominet tantùm Canonicos, ubi non adſit contraria conſuetudo. 89.

1609. 21. Mar. —— In Feſto SS. Corporis Chriſti non ſunt canendæ Cantiones vulgari Sermone. 90.

1609. 7. Aug. —— In Choro teneri non debent aliæ Imagines, quàm Sanctorum. 91.

1609.

1609. 24. Aug. —— Neque Abbates, neque Regularium Superiores poſſunt benedicere Paramenta Eccleſiarum non ſibi ſubditarum. 92.

1610. 6. Mar. —— Archidiaconus non poteſt aſſiſtere Epiſcopo in habitu Prælatitio non Chorali, licèt ſit Prothonotarius. 93.

1610. 6. Mar. —— Canonici parati aſſiſtentes Epiſcopo præcedunt Vicario Generali, & ſunt ante ipſum thurificandi. 94.

1610. 26. Jun. —— Canonicus paratus debet habere locum etiam à Decano. 95.

1611. 17. Sept. —— Commendatario, ſive ejus Procuratori non defertur Liber oſculandus in Miſsa. 96.

1612. 28. Jan. —— Tenentur omnino Canonici ad cantandam Miſſam de die, ut lucrentur diſtributiones. 97.

1612. 7. Jul. —— Inferiores Epiſcopo, non debent ſumere de Altari Paramenta pro Miſſa. 98.

1612. 24. Mar. —— Collegiata inſignis ab ejus erectione præcedit alijs Collegiatis antiquioribus. 99.

1612. 10 Nov. —— Altare portatile ligneum cum Ara lapidea permitti debet, non obſtante Conſtitutione Synodali, dummodo habeat ſolitum Reliquiarum repoſitorium. 100.

1614. 19. Jan. —— Solus Epiſcopus poteſt habere Feneſtras in Eccleſia, per quas in eam proſpectus haberi poſſit. 101.

1614. 12. Apr. —— Si incæpta Conſecratione Eccleſiæ, correptus morbo Epiſcopus deficiat, & præſertim antequam ungantur Cruces, reſumenda eſt à capite conſecratio. 102.

1614. 19. Maij. —— Anniverſaria, & Miſsæ de *Requiem*, quæ certo die dici debent, eo impedito, transferri poſſunt in ſequentem. ¶ Vide infra nu. 150. 248. & 294. 103.

1614. 19. Maij. —— Canonici Miſsam celebrantes coram Epiſcopo non debent ſedere in Sede cum poſtergali, ſed in Scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Epiſtolæ. 104.

1614. 5. Jul. —— Poteſt Epiſcopus prohibere, ne Campanæ nondum benedictæ pulſentur. 105.

1615. 12. Nov. —— Non debent Regulares in Canone 106.

nomi

nominare Superiores ſuos, ut Antiſtites. ¶ Vide infra num. 350.

1616. 30. Jan. —— Clavis Hoſtiæ repoſitæ in Feria quinta Cœnæ Dominicæ non eſt danda Laico quantumvis nobili. 107.

1616. 30. Jan. —— Abſente Epiſcopo, thurificandus eſt Celebrans triplici ductu. 108.

1616. 28. Maij. —— Archidiaconus, ſi eſt prima Dignitas, debet facere officium Presbyteri aſſiſtentis, ſi eſt Sacerdos, & recuſans, cogendus eſt pœnis, & cenſuris. 109.

1616. 17. Jun. —— Canonicus Hebdomadarius officium faciens, debet habere locum ſuper omnes Dignitates, & Canonicos. ¶ Vide infra num 147. 110.

1617. 14 Jan. —— Crux in Proceſſionibus deferenda eſt à Regularibus cum velo pendente, ſeu pallio. 111.

1617. 18 Apr —— Accenſis ſuo tempore candelis, non differatur Officium, licèt abſit Hebdomadarius, ſed juſſu Majoris ſuppleat alius. 112.

1617. 18. Apr. —— Ad majorem in Choro ſpectat intonare initium Officij per *Pater noſter*, & idem, eo finito, dabit ſignum, ut incipiatur Hora. 113

1617. 18. Apr. —— Idem dicet: ***Dies**, & **actus**, &c. **Adiutorium**, &c. **Dominus nos Benedicat**, &c. **Noctem quietam**, &c. **Benedicat** & **cuſtodiat**, &c.* & ***Dominus det nobis ſuam pacem***, niſi alia ſit conſuetudo. 114.

1617. 18. Apr. —— Nemo exeat de Choro, etiam expleto Officio, niſi dato à Majore ſigno finis. 115.

1618. 12. Mar. —— Sub nomine Feſti novem lectionum venit etiam Dominica, ideoque non eſt Feria prima, ut ſi in ea occurrerit Feſtum duplex, in Cathedralibus, & Collegiatis canendæ ſint duæ Miſsæ. 116.

1618. 18. Mar. —— Canonici non debent aſcendere ad ſtallum Dignitatum, ſi abſint. 117.

1618. 21. Maij. —— Capuccini in Proceſſionibus poſſunt erigere, & deferre propriam Crucem. ¶ Vide infra num. 122. 118.

1618. 2. Jun. —— In Feſto Corporis Chriſti non eſt deferenda in Proceſſione Euchariſtia Sacerdotum humeris, ſed Celebrantis manibus. 119.

1618. 21. Jul. —— In Perſonarum incenſatione, tota thu- 120.

thurificatio facienda eſt cum unico thuribulo, ſi talis ſit conſuetudo.

1619. 23. Febr. —— Etiamſi Collegiata habeat omnimodam præcedentiam ſupra Matricem, non tamen poteſt prius pulſare Campanas in Sabbato Sancto. 121.

1619. 23. Mar. —— Capuccini poſt ſibi conceſſam propriæ Crucis erectionem debent in Proceſſionibus locum cedere Regularibus illis, qui ſub propria Cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipſi Crucem propriam deferrent. ¶ Vide infra num. 133. 122.

1619. 23. Mar. —— Collegiata ſimplex præcedit Parochialibus, etiamſi, antequam erigeretur, illis cederet. 123.

1619. 2. Maij. —— Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis celebranda quidem eſt in Diœceſi ſub ritu duplici primæ claſſis, ſed ſine Octava. ¶ Vide infra quoad Regulares num. 226. 124.

1619. 10. Aug. —— Canonici Eccleſiæ Cathedralis præcedunt Canonicos Collegiatæ. 125.

1619. 19. Aug. —— Prior Collegiatæ ſi interſit in Cathedrali, thurificandus eſt duplici ductu, ſicut Dignitates, & Canonici, licèt non habeat præcedentiam ſuper illos. 126.

1619 24. Aug. —— Abſente Epiſcopo, ſpectat etiam ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere Proceſſiones cum conſilio Capituli. 127.

1620. 6. Maij. —— Poteſt Epiſcopus cogere Canonicos ad diſcendum cantum Gregorianum, etiam per ſubtractionem fructuum. 128.

1620. 2. Jul. —— Regulares in celebratione Miſſæ poſſunt annunciare Dies feſtos, & Jejunia in ſuis Eccleſijs. 129.

1620. 22. Aug. —— In Oratione *A cunctis*, nomina Patronorum S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis Baptiſtæ præponenda ſunt Apoſtolis. 130.

1620. 12. Dec. —— Prima Dignitas debet aſſiſtere Epiſcopo celebranti, licet ſit unica. 131.

1621. 30. Mar. —— Si in communibus Sanctorum Suffragijs facienda ſit commemoratio de Cruce tam quam de Titulo Eccleſiæ, ſufficiet ea ordinaria, quæ ha- 132.

B betur

betur in Pſalterio, quando ſcilicet Officium currat feriale.
1621. 10. Jul. —— Erectio Crucis Capuccinis conceſſa, fuit in illis tantum Locis, in quibus ſub Cruce Minorum Conventualium incedebant, & ideò in Locis, in quibus jam ſub propria Cruce, ſeu in proprio loco ſub Cruce Cleri in Proceſſionibus ante hujuſmodi conceſſionem incedebant, eundem locum retinère debent. 133.
1622. 19. Febr. —— In Feria ſexta in Paraſceve non eſt adminiſtranda Euchariſtia, niſi Infirmis. 133.
1622. 6. Maij. —— Moniales, quæ Breviario Romano uti conſueverunt, non ſunt compellendæ ad recipiendum Monaſticum. ¶ Vide infra num. 353. 135.
1622. 24. Maij. —— In Officio de Feſto Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis non aliud nomen adhibeatur, quàm Conceptionis. 136.
1623. 9. Dec. —— In Feſto Stigmatum S. Franciſci Color Albus eſt adhibendus. 137.
1624. 27. Jul. —— Rubricæ de *Ave Regina Cælorum* additum eſt ly *Incluſivè*, ideoque in fine Completorij diei ſecundæ Februarij, omiſſa Antiphona finali *Alma Redemptoris*, dicenda eſt *Ave Regina Cælorum*. ¶ Vide infra num. 270. 138.
1624. 23. Dec. —— Regulares Ordinis Minorum, dum nominant in Orationibus, Verſiculis, cæteriſque actibus inter Divina Officia occurrentibus Sanctum Franciſcum præfati Ordinis Fundatorem, non debent adjungere ly *de Paula*. ¶ Ex hoc Decreto, quid in ſimilibus ſit faciendum, infertur. 139.
1624. 23. Dec. —— Symbolum S. Athanaſij, quod dicitur ad Primam, laudabilius in Choro recitatur ſtando. 140.
1625. 13. Mar. —— Imagines illorum, qui cum Sanctitatis, ſeu Martyrij fama deceſſerunt, non ſunt apponendæ in Oratorijs, vel Eccleſiis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, antequàm declarentur Beati, neque ad eorum Sepulchra accendendæ ſunt lampades, aut tabellæ affigendæ ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. 141.
1625. 13. Mar. —— Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem Eccleſiæ con- 142.
ſen-
Digitized by Google

ſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur.

1626. 28. Mar. —— Ad Invitatorium, Antiphonas, Reſponſoria, & Verſiculos in Officio parvo Beatæ Mariæ Virginis non additur *Alleluja* tempore Paſchali. 143.

1626. 24. Apr. —— Facultas concedendi uſum Pileoli in Miſſa ſpectat ad Papam. 144.

1626. 16. Maij. —— Non poteſt omitti altera ex duabus Miſſis cantandis ob celebrationem Capituli Canonicorum. 145.

1626. 18. Jul. —— Celebrans, qui diſtribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detecto capite diſtribuat. 146.

1626. 22. Aug. —— Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantùm. 147.

1626. 12. Dec. —— In Miſſa Feriæ quartæ quatuor Temporum occurrentis in die octava Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ dicenda eſt Præfatio communis, non verò de Beatâ Maria. 148.

1627. 2. Jan. —— Etiam mutato proprio Breviario, & Romano acceptato, retinenda eſt ea conſuetudo recitandi quotidie Officium parvum Beatæ Virginis Mariæ. 149.

1627. 16. Jan. —— Ob Miſſam Votivam, ſeu pro Defunctis non eſt omittenda Miſſa Conventualis, neque poteſt introduci conſuetudo in contrarium ritum, ſalva ſemper Rubrica de Votivis aſſignatis ſingulis diebus in fine Miſſalis. 150.

1627. 13. Mar. —— Signum, quod fit cum Patena à fronte ad Pectus, fit integrè cum ſigno Crucis. 151.

1627. 12. Jun. —— In Feſto Corporis Chriſti deferatur Euchariſtia à Celebrante, & in Veſperis diei octavæ, ſi fiat Proceſſio, deferatur ab eo, qui cantavit Veſperas, modò ſaltem ſit Canonicus in Collegiatis. 152.

1627. 12. Jun. —— Abſente Epiſcopo, Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis fiant per eum, qui cantaturus eſt Miſſam. ¶ Vide infra num. 204. 153.

1627. 17. Jul. —— Poteſt Epiſcopus cogere Canonicos, 154.

 utà

ut à Capellanis in Quadrageſima cantare faciant Miſſam cum Diacono, & Subdiacono.

1627. 17. Jul. —— Neque ſimplices Sacerdotes, neque Prothonotarij poſſunt benedicere proprias Veſtes. 155.

1627. 7. Aug. —— Coadjutor Epiſcopi celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere aſſiſtentem Canonicum pro Libro. 156.

1627. 7. Aug. —— Ad Miſſam Vicarij Generalis non debent accendi quatuor Candelæ, nec aſſiſtere duo Capellani. 157.

1627. 28. Aug. —— Infra Octavam Epiphaniæ, Paſchatis, & Pentecoſtes, nec non in Feria quarta Cinerum, in Hebdomada majori, in Dominicis, & in Vigilijs Nativitatis Domini, & Pentecoſtes non poſſunt dici Votivæ Miſſæ privatæ, neque de *Requiem*. ¶ Vide infra num. 227. 267. & 335. 158.

1627. 28 Aug. —— Celebrans in Paraſceve mittat Particulam in Calicem ſine aliquo Crucis ſigno, neque ſe ſignet cum Calice. 159.

1627. 28. Aug. —— Si Feſta SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint infra Octavam Aſcenſionis, Præfatio in Miſſa erit de Apoſtolis, vel de Cruce, at *Communicantes* de Aſcenſione. ¶ Idem dicendum de alijs Feſtis, ac de Miſſis Votivis propriam habentibus Præfationem, & infra eamdem Octavam celebrandis; ſicut & hoc prorſus ſervandum infra Octavam Epiphaniæ. 160.

1627. 28. Aug. —— Oratio imperata à Superiore, veluti *Deus refugium*, omittenda eſt in duplicibus primæ claſſis. ¶ Romæ verò omittitur etiam in Feſtis ſecundæ claſſis. ¶ Vide infra num. 295. & num. 299 161.

1627. 28. Aug. —— In fine Miſſæ ad quodcumque Altare celebratæ ſit reverentia Cruci infra gradus, capite ſemper aperto. 162.

1627. 19. Sept. —— Vicarius ut Vicarius non poteſt, abſente Epiſcopo, Miſſas cantare ſolemnes, SS. Sacramentum, aut ſacras Reliquias paratus deferre, nec alijs ſe immiſcere functionibus Eccleſiaſticis, ſed tantùm præeſſe, ut omnia ſuo ordine fiant.

1627. 25. Sept. —— Si Litaniæ majores occurrerint in die 164.

Digitized by Google

die ſancto Paſchatis, transferantur in feriam tertiam ſequentem.

1628. 29. Jan. —— Baldachinum Abbatis ſine auro ſit, & ter in Anno ad ſummum adhiberi poteſt. 165.

1628. 29 Jan. —— Abbati celebranti unica tantùm Mitra conceditur. 166.

1628. 29 Jan. —— Miſſa ſolemnis Abbatialis ter in Anno ad ſummum eſt canenda, non tamen cum ſeptem, ſed cum ſex Candelabris, & cum Abaco parvo. ¶ Vide infra num. 195. 167.

1628. 26. Febr. —— In Eccleſijs Regularium habentibus Clauſtra, fiant Proceſſiones intra Clauſtra tantùm. Si verò non habeant Clauſtra, fiant prope muros Eccleſiæ, ſive exeundo ab una Porta, & intrando per aliam Eccleſiæ Portam, ſive per eamdem. 168.

1628. 26 Febr. —— Extra ambitum Eccleſiæ non licet Regularibus facere Proceſſiones, niſi de licentia, ac conſenſu Parochi, ſalvis Privilegijs, & conſuetudinibus, ſi quæ ſunt. ¶ Vide infra num. 340. 169.

1628. 17. Mar. —— Si Epiſcopus in Feſto Corporis Chriſti non deferat Euchariſtiam, Canonici tamen induant Sacras Veſtes. 170.

1628. 8. Apr. —— Officium ſit duplex minus de illo Sancto, cuius habetur Reliquia inſignis, ſcilicet, Caput, Brachium, Crus, vel ea pars Corporis, in qua paſſus eſt Martyr, dummodo ſit integra, & non pauca, & modò ſit approbata, cujus ratione recitandum eſt Symbolum in Miſſa. ¶ Vide infra num. 174 224. & 327. 171.

1628. 8. Apr. —— Miſſæ de SS. Roſario, & de Monte Carmelo, Ordinibus Prædicatorum, & Carmelitarum reſpectivè & ſpecialiter conceſſæ, non ſunt ab alijs celebrandæ ſine ſpeciali licentia. ¶ Vide infra num. 261. ¶ Quoad Officium verò Roſarij vide ſimiliter infra num. 309. 172.

1628. 8. Apr. —— Non poſſunt Locorum Ordinarij tam Sæculares, quàm Regulares addere Kalendarijs etiam proprijs Sanctorum Officia, niſi ea dumtaxat, quæ Breviarij Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, ſeu Sedis Apoſtolicæ licentia conceduntur. 173.

1628. 8. Apr. —— Non eſt celebranda per totam Civitatem, vel Diœceſim Miſſa, nec recitandum Officium de Sancto, eò quod in loco adſit Eccleſia Parochialis, vel Regularis, vel etiam Abbatialis, aut aliqua inſignis Reliquia, ſed tantùm in propria Eccleſia, niſi habeatur ſpecialis licentia. 174.

1628. 12. Jun. —— Officium Defunctorum dici poteſt in Choro ſeparatim ab Officio diei in diebus exceptis à Breviario pro adimplenda Teſtatorum voluntate. 175.

1628. 12. Jul. —— In Sacramentorum adminiſtratione ne adhibeant Canonici Rocchetum, & Cappam, ſi ijs utantur in Choro, ſed Cottam, & Stolam. 176.

1628. 12. Jul. —— Quod præſcribitur in Cœremoniali, ut Canonici de Sacriſtia egrediantur bini, intelligitur in Solemnitatibus. 177.

1628. 28. Aug. —— Abrogatur omnis conſuetudo non cantandi Miſſam de die, ultra Votivam, ſeu pro Defunctis. 178.

1628. 28. Aug. —— De Titulis Altarium, niſi ſint in Kalendario Romano, nullum recitetur Officium. 179.

1628. 28. Aug. —— Canonici Regulares poſſunt in publicis Proceſſionibus uti Rocchetto, & Superpelliceo. 180.

1628. 29. Nov. —— Annuli uſus in Miſsa prohibetur Prothonotarijs non participantibus, Doctoribus quibuſcumque, & Canonicis Cathedralium. ¶ Vide tamen infra num. 240. 181.

1628. 9. Dec. —— Solemniter conſueviſse fieri Officium ſignificat Feſtum Populi, aut Cleri, cum apparatu. 182.

1628. 9 Dec. —— De Sancto Canonizato non poteſt fieri Officium extra propriam Eccleſiam ſine novo Decreto. 183.

1629. 18. Aug. —— Moniales in *Confiteor* ne dicant *tibi Mater*, nec *vobis Sorores*, ſed ut in Breviario. 184.

1629. 26. Nov. —— Officium cum Miſsa Beati Rocchi in eius die Feſto conceditur tantùm in Eccleſijs in eiuſdem honorem Deo dicatis, niſi aliud permittatur. 185.

1630. 16. Febr. —— Ne fiat Concio coram SS. Sacramento in Altari expoſito, capite tecto. 186.

1630.

1630. 23. Mar. —— Non poſſunt eligi in Patronos, niſi 187.
illi ſolùm, qui ab Eccleſia univerſali ſub titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat.

1630. 23. Mar. —— Electio de Patrono Civitatis fieri 188.
debet per ſecreta Suffragia à Populo, mediante Conſilio generali illius Civitatis, vel Loci, non autem ab Officialibus ſolùm: & accedere debet conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius Loci.

1630. 23. Mar. —— Idem ſervandum in Patrono Regni, 189.
qui pariter eligendus erit per ſecreta ſuffragia à Populo ſingularum Civitatum Provinciæ.

1630. 23. Mar. —— Repræſentantibus Regnum, Civi- 190.
tatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi ad hoc habeant ſpeciale mandatum, & ulterius interveniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

1630. 23. Mar. —— Cauſæ electionis novorum Patro- 191.
norum deducendæ ſunt in Sacra Congregatione, & ab ea examinandæ, ac tandem cauſa cognita ab eàdem Congregatione approbanda eſt, & confirmanda.

1630. 28. Sept. —— Soli Canonici debent facere con- 192.
ſuetos Circulos ante Epiſcopum, non autem Vicarius Generalis.

1631. 22. Mar. —— Non ſunt inſerendi in Litanijs alij 193.
Sancti præter ibi deſcriptos, neque tempore Peſtis addendi ſunt Titulares, & Civitatis Patroni ſine ſpeciali conceſſione.

1631. 5. Jul. —— Qui præ timore, vel balbutie non pro- 194.
nunciat Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Miſsæ, ſed eius loco aliud ſuo arbitratu recitat, ſuſpendendus eſt à Miſsarum celebratione, quouſque illud ritè pronunciare aſſueſcat.

1631. 6. Dec. —— De licentia Ordinarij poterit Abbas 185.
uti Mitra, & Baculo extra proprias Eccleſias.

1632. 31. Jul. —— Non convenit, quod prima Dignitas 196.
celebret Miſsam ante Proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti, & deinde altera Dignitas minor geſtet illud in Proceſſione.

1632. 27. Aug. —— Pixis, in qua aſservata fuit Eucha- 197.
riſtia, non poteſt vendi, vel pignorari.

1633. 12. Febr. —— In Eccleſia SS. Nazarij, & Celſi transfertur Feſtũ SS. Victoris, & Innocentij ſub ritu ſemiduplici celebrandum poſt Octavam, de Communi plurimorum Martyrum, cum Evangelio ut in die, & Oratione propria, in qua omittuntur Socij. 198.

1633. 30. Mar. —— Canonici in Proceſſione intra Eccleſiam incedant capite detecto, & extra eam cum Bireto in capite. 199.

1634. 18 Sept. —— Ubi non eſt Aurora phyſicè pro licita Miſsarum celebratione, attendatur ea moraliter, & politicè, quando ſcilicet ibi terminare ſolet quies, & inchoari labor juxta probatam Regionum conſuetudinem. 200.

1635. 11. Maij. —— Moniales ipſæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo Divinum Officium, non verò earum Capellani. 201.

1638. 6 Febr. —— In Kalendarijs Locorum fiat nota *ad libitum*, quando Officia non ſunt de præcepto. ¶ Vide infra num. 280. 201.

1638. 24. Sept. —— Si Feſtum SS. Corporis Chriſti inciderit in Vigiliam S. Joannis Baptiſtæ, Jejunium celebretur in Feria quarta proximè præcedenti: De Vigilia verò nihil eo Anno fiat. 203.

1640 12. Apr. —— Ille idem, qui benedicit Cineres primâ die Quadrageſimæ, vel Candelas in Feſto Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Miſſam ſequentem. ¶ Hoc antea deciſum fuit 26 Febr. 1628. 204.

1641. 13. Sept. —— Tolerandum, quod Canonici tribus Menſibus Anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacriſtia. 205.

1641. 7. Dec. —— Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare ſucceſſivè alias duas Miſſas, & in eis Sacram Communionem exhibère Fidelibus illam depoſcentibus, ſed utrumque omnino prohibitum. ¶ Hoc etiam poſtea deciſum fuit 1664. 20. Apr. 206.

1642. 13. Sept. —— Feſtum de Patrono principaliori Loci eſt præceptiuum cum obligatione audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus. 207.

1642. 3. Oƈt. —— Magiſter Cœremoniarum tenetur perſonaliter ſignificare Epiſcopo, quando debeat ad Eccleſiam accedere pro functionibus Epiſcopalibus. 208.

1643. 8. Apr. —— Perſonæ tantùm voventes tenentur ſervare Feſta veluti de præcepto, quæ induƈta ſunt ex voto. 209.

1645. 6. Oƈt. —— Regulares, qui ſunt in poſſeſſione præcedentiæ, præcedant in publicis functionibus; & ubi non conſtat de poſſeſſione, præcedant ij, qui ſunt antiquiores in loco controverſiæ. 210.

1646. 27. Jul. —— Organum haberi debet etiam in Eccleſijs Collegiatis. 211.

1647. 10. Febr. —— In Miſſis Votivis de Paſſione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra Hebdomadam Paſſionis, non eſt omittendus Pſalmus *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri* ad Introitum, & *Lavabo*, licèt hęc omnia omittantur in Miſſa de Tempore. ¶ Adhibita diligentia hoc Decretum non exiſtit, ſed talis eſt Doƈtorum ferè omnium ſententia. 212.

1650. 18. Febr. —— Candelæ, Cineres, Palmæ, diſtribuuntur ſtando cum Mitra in capite ab eo, qui Privilegium habet eam geſtandi. 213.

1652. 5. Oƈt. —— Nemo poteſt excedere limites verbales Indultorum Sedis Apoſtolicæ ſuper Beatificationibus, præſertim in celebratione Miſſarum, & Officij cum Oƈtavis, ſine expreſſa licentia prædiƈtæ Sedis Apoſtolicæ. 214.

1653. 12. Aug. —— Feſtum, quod in aliqua Eccleſia celebratur ratione Corporis, vel inſignis Reliquiæ, non habet Oƈtavam, niſi ſpecialiter concedatur à Sede Apoſtolica. 215.

1658. 20. Sept. —— Tam Minores Conventuales, quàm Obſervantes Reformati S. Franciſci poſſunt in proprijs ſuorum Ordinum Eccleſijs ſolemnizare Feſtum S. Antonij Patavini ea ipſa die, in quam inciderit, dummodo Reformati à Proceſſionibus abſtineant in eodem loco. ¶ Vide infra num. 229. 216.

1658. 28. Sept. —— Si in Locis Diœceſis nullus reperiatur eleƈtus Patronus, tenetur Diœceſis non ſolùm ad Feſtum de Patrono Civitatis, ſed etiam ad Oƈtavam. 217.

1659. 24. Jun. —— Non licet in Eccleſijs, in quibus non aſſervatur SS. Sacramentum, celebratio Miſſæ in Feria quinta in Cœna Domini, nec ejuſdem Auguſtiſſimi Sacramenti aſſervatio in Sepulchro. 218.

1659. 27. Sept. —— Beatorum nomina non apponantur in Kalendarijs, niſi illius tantùm Loci, earumque Perſonarum, in quo, & à quibus Cultus cum Officio, & Miſſa celebratur. 219.

1659. 27. Sept. —— Non ſunt invocandi Beati in publicis precibus, præter indultas, & approbatas, nec eorum Reliquiæ in Proceſſionibus circumferendæ. 220.

1659. 22 Nov. —— Si infra Hebdomadam Paſſionis occurrerint Dies infra Octavam apud Privilegiatos, tam in Miſſa Conventuali de Feria, quàm in privatis de Octava, vel etiam de eàdem Feria, omittenda eſt tertia Oratio *Eccleſiæ*, vel pro Papa. ¶ Vide infra num. 278. & 279. 221.

1660 17 Apr. —— Licèt non ſint celebrandi Dies feſti in Beatorum honorem, hoc tamen non extenditur ad Feſta Devotionis. 222.

1660. 17. Apr. —— Indulta recitandi Officium cum Octava, & celebrandi Miſſam de Beatis, non ſunt revocata per Decretum editum ſub die 27. Sept. 1659 ¶ Vide infra num. 244. 223.

1660. 17. Apr. —— In illis Eccleſijs, in quibus Officium, & Miſſa de Beatis recitari, & reſpectivè celebrari poſſunt, licet eorum Reliquias exponere, Imagines, vel Simulachra ſuper Altari collocare, ac votivas Tabellas ibidem appendere. 224.

1660. 17. Apr. —— Epiſcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apoſtolicæ gaudent Privilegijs ſuæ Religionis, de quibus ſunt capaces pro eorum conditione, non poſſunt de Beatis ſuæ Religionis recitare Officium, & in proprijs Cathedralibus Miſſam celebrare, & Altare prædictis Beatis erigere. 225.

1662. 8. Apr. —— Regulares tenentur quidem celebrare Feſtum de Dedicatione Eccleſiæ Cathedralis, ſed ſub ritu duplici ſecundæ claſſis ſine Octava. 226.

1662. 5. Aug. —— In Feſto duplici non ſunt dicendæ Miſſæ Votivæ privatæ, aut de *Requiem*. ¶ Hoc Decretum intelligendum eſt etiam de Feſto duplici 227.

tran-

translato. ¶ Vide infra num. 248. & 257.

1662. 5. Aug. —— Non ſunt transferendæ Miſſæ privatæ de *Requiem*, quæ ex Benefactorum præſcripto celebrandæ, incidunt in Feſtum duplex, ſed dicendæ ſunt de Feſto currenti cum applicatione Sacrificij juxta mentem Benefactorum. ¶ Vide infra num. 260. 228.

1663. 9. Apr. —— Nullo modo ſunt permittendæ duæ Proceſſiones de eodem Feſto, in eodem Loco, eodem die. 229.

1663. 4. Aug —— Manus Sacerdotis ad *Hanc igitur oblationem* debent ita extendi ut palmæ ſint apertæ, pollice dextero ſuper ſiniſtrum in modum Crucis ſupra manus, non verò infra manus. 230.

1663. 4. Aug. —— Paſſio in Hebdomada majori legenda in Miſſis privatis in cornu Evangelij, licèt in Miſſa ſolemni legatur à Celebrante in cornu Epiſtolæ. ¶ Vide infra num. 334. 231.

1663. 4. Aug. —— Non ſolum Cruces, & Imagines Salvatoris, ſed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines Sanctorum tegendæ ſunt in primis Veſperis de Dominica Paſſionis. 232.

1663. 4. Aug. —— Hebdomadarius in decantandis Horis Canonicis non debet uti Stola. 233.

1663. 4 Aug. —— Cruces, quæ fiunt à Sacerdote ſuper Oblata, non ſunt faciendæ manu tranſverſa, ſed manu recta in tranſverſa parte Crucis. 234

1663. 4. Aug. —— Licèt Epiſcopus non celebret, ſed tantùm aſſiſtat Miſſæ ſolemni, Celebrans debet ad Confeſſionem reſpondère Epiſcopo uſque ad *Indulgentiam* incluſivè, non verò ſimul cum illo dicere *In nomine Patris, &c.* 235.

1663. 4. Aug. —— Pars inferior Hoſtiæ, non autem ſuperior præcidenda eſt, quando dicitur *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*. 236.

1663. 4. Aug. —— Finito Evangelio Miſſæ ſolemnis, cui aſſiſtit Epiſcopus cum Cappa, thurificandus eſt Celebrans, non verò Epiſcopus. 237.

1663. 4. Aug. —— Sacrificia in Die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum poſſunt applicari ad libitum, ſcilicet, tum in genere pro omnibus, tum 238.

etiam

etiam in ſpecie pro aliquibus Defunctis.

1663. 4. Aug. Canonici Pluviali, Planeta, Dalmatica, vel Tunicella induti non poſſunt deferre Almucias: Canonico verò defuncto, etiam Sacris Veſtibus induto imponi poteſt Almucia ſuper brachium. 239.

1663. 4. Aug. —— Poſſunt Canonici Miſſam celebrare cum Annulo aureo, & de rigore uti, ſed ſine gemma, & ſine aliqua effigie. 240.

1664. 12 Jul. —— Recitantes ex legitima conceſſione Officium de SS. Corpore Chriſti in feria quinta per Annum non impedita, illud recitare debent, ut præſcribitur in die ejuſdem Solemnitatis, Miſſam verò celebrare de Communi, ſeu Votivam. 241.

1664. 12. Jul. —— Infra Octavam SS. Corporis Chriſti non eſt agendum de Officijs translatis ritu duplici primæ claſſis non decoratis, ideoque ſi Feſtum S. Antonij Patavini, quod apud Franciſcanos celebratur ſub ritu duplici ſecundæ claſſis, inciderit in præ dictum Feſtum de SS. Corpore Chriſti, transferatur poſt Octavam. ¶ Vide infra num 257. 242.

1664. 12. Jul. —— Lectiones primi Nocturni in Officio de Feſto duplici majori ſumendæ ſunt (niſi ſint propriæ) ex ejus Communi, non verò ex Scriptura occurrenti. ¶ Licèt occurrat Initium. 243.

1664. 22. Jul. —— In Miſſis de Beatis non eſt dicendum Symbolum, ubi ſcilicet eſt permiſſa hujuſmodi celebratio. ¶ Niſi adſit Reliquia. 244.

1664. 12. Jul. —— Dedicatio Apoſtolorum, & S. Salvatoris extra Urbem non habet integras Veſperas, ſi die præcedenti, vel ſequenti celebretur Officium duplex minus. ¶ Idem dicendum de die octava Dedicationis, ubi celebratur, quod clarius patet ex numero ſequenti. ¶ Vide infra num 337. 245.

1664. 12. Jul. —— Dies Octava non privilegiata dimidiat Veſperas in concurrentia cum Feſto duplici minori. ¶ Excipe tantùm Dies Octavas Beatæ Virginis Mariæ, ut infertur ex inferius dicendis num. 274 & clarè patet ex num. 316. 246.

1664. 15. Sept. —— Non permittitur ad Altare majus celebratio Miſsæ, dum dicuntur in Choro Matutinum, 24[illegible]

num,

num, & Horæ. ¶ Hoc etiam antea deciſum fuit 1617. 18. Apr.

1664. 22 Nov. —— Anniverſaria, & Miſsæ de *Requiem*, quæ ex diſpoſitione Teſtatorum cum cantu ſunt quotannis celebrandæ, poſsunt cantari, etiamſi ipſorum obitus Dies inciderit in Feſtum duplex majus. ¶ Vide infra num. 294. 248.

1666. 23. Febr —— Ad octavam Benedictionem in Feſto Converſionis S. Pauli Apoſtoli non dicitur *Cujus Converſionem colimus*, ſed *Cujus Feſtum*. ¶ Patet ex hoc, quid ſit faciendum in Officijs Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, aut ſimilium. 249.

1666. 23. Febr. —— In expoſitione, aut repoſitione SS. Sacramenti, ad ℣. *Panem de Cœlo* ſemper additur *Alleluia*, præterquam à Septuageſima uſque ad Sabbatum Sanctum. 250.

1666 18. Sept. —— Si ſimul ſint transferenda Feſta S. Marci Evangeliſtæ, & SS Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, prius reponatur Feſtum S. Marci, deinde Feſtum Apoſtolorum. 251.

1666. 18. Sept. —— Ad Reſponſorium breve Completorij in Dominica Paſſionis ne omittatur *Gloria Patri*, ſi die ſequenti fiat de Feſto ſemiduplici. 252.

1667. 22. Jan. —— Miſsæ de Feſto duplici celebratæ in Altari Animabus perpetuò Privilegiato, & in quo proinde quotidie, etiam in duplicibus celebrandæ eſſent Miſsæ de *Requiem* ex obligatione, ſuffragantur, ac ſi celebratæ fuiſsent pro Defunctis juxta formam Privilegiorum. ¶ Vide infra num. 256 253.

1668. 9. Jun. —— Sacerdotes (ſive Capellani ſint, ſive non) qui recitant Officium ſemiduplex, ſimplex, vel feriale, ſi celebrent in aliqua Eccleſia Regularium, in qua fit de Feſto duplici, non debent dicere Miſsam de *Requiem*. Quod ſi Feſtum illud duplex, de quo agunt Regulares (ſub quo nomine veniunt etiam Moniales) habuerit Miſsam propriam omnibus, & ſolis Regularibus conceſsam, ſacerdotes Sæculares celebrantes in eàdem Eccleſia Regularium, Miſsam quidem dicant de Feſto duplici, ſed cum Miſsali Romano, ex Decreto S. R. C. 1622. 19. 254.

Nov.

Nov. ¶ Quoad Miſsale vide infra num. 259.

1669. 8. Jun. —— In Officio de die infra Octavam SS. Corporis Chriſti non legitur nona lectio de Feſto ſimplici: Quod ſi Feſtum illud ſimplex occurrerit eo die, quo fit de Feſto duplici infra eamdem Octavam, tunc non omittitur, ſed legitur nona lectio de eodem Simplici, dummodo Feſtum illud non ſit duplex primæ claſſis. 255.

1669. 23. Sept. —— Decretum ſuperius poſitum num. 253. extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, ſed ad ſeptennium, ſeu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tantùm Hebdomadæ diebus Privilegiata, ac proinde Miſsæ de Feſto duplici, quæ ſive ex obligatione, ſive ex ſola Fidelium devotione celebrabuntur, ſuffragentur, prout in Decreto ſupra citato. ¶ Vide infra num. 307. 256.

1670. 21. Jun. —— Infra Octavam SS. Corporis Chriſti non ſunt dicendæ Miſsæ Votivæ privatæ, aut de *Requiem*. ¶ Vide infra num. 335. 257.

1662. 14. Maij. —— In Miſſis Votivis privatis non eſt dicendus Hymnus Angelicus, niſi fuerit Miſsa Angelorum, in qua quotidie eſt recitandus, vel Miſsa de Beata Maria, in qua quolibet Sabbato dici debet. 258.

1672. 27. Aug. —— Si Moniales non habeant Miſsale à Romano diverſum Sacerdotes, in earum Eccleſijs celebraturi, poſsunt dicere proprias Miſsas ipſis Monialibus conceſsas. ¶ Vide infra num. 353. 259.

1676. 23. Jun. —— Clauſula poſita in Brevibus Indulgentiarum, ſcilicet: *Volumus autem, ut ſi aliàs Chriſti Fidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, præſentes Litteræ nullæ ſint*, non comprehendit Altaria Privilegiata pro Defunctis. ¶ Vide infra num. 342. 260.

1678. 29. Oct. —— Miſsa de SS. Roſario poteſt quidem dici à Sæcularibus, ſed ut in Feſto ad Nivives, cum Oratione propria, quæ apponi ſolet in calce Miſsalis novi. ¶ Quoad Officium vide infra num 309. 261.

1679 30. Sept. —— In aſperſione Aquæ benedictæ, quæ 262.

Die-

Diebus Dominicis fit à Sacerdote Alba, & Stola induto, vel etiam cum Pluviali, immediatè celebraturo Miſsam Conventualem, Stola aptanda eſt ante pectus ad modum Crucis, non verò pendens à collo ad utrumque latus.

1679. 30. Sept. —— Sacerdotes in die Cœnæ Dominicæ Sanctiſſimum Chriſti Corpus ſumpturi poſsunt deferre Stolam, vel ante pectus ad formam Crucis, vel à collo pendentem. ¶ Vide infra num. 326. 263.

1679. 30. Sept. —— Feſtum duplex occurrens ante Octavam non privilegiatam, non eſt transferendum poſt Octavam, ſed infra eamdem celebrandum primâ die non impedita. 264.

1679. 30. Sept. —— Miſſa aſſignata Feſtivitati Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, non eſt dicenda in Sabbatis, ut Votiva. 265.

1680. 7. Sept. —— Officium particulare alicujus Diœceſis, vel Religionis, quod occurrit die vigeſima quinta Februarij, eſt transferendum in Anno Biſſextili ad primam diem non impeditam, dummodo non ſit duplex primæ claſſis. 266.

1680. 7. Dec. —— Occurrentibus eadem die duobus Feſtis duplicibus infra Octavam SS. Corporis Chriſti, non eſt de translato agendum die immediatè ſequenti non impedita, ſed poſt Octavam, niſi fuerit ex ſolemnioribus primæ claſſis. 267.

1680. 7. Dec. —— Si occurrat Officium novem lectionum de pluribus Virginibus ſimul & Martyribus eo die, quo cadit Feſtum ſimplex ejuſdem qualitatis, ſervanda eſt pro commemoratione Simplicis Antiphona *Iſtarum eſt enim*. 268.

1680. 7. Dec. —— Officia Sanctorum, quæ alicubi ſuperſunt de Menſe Decembri, transferri poſſunt in Annum ſequentem. 269.

1681. 11. Jan. —— Licèt transferatur Feſtum Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, attamen *Ave Regina Cælorum* dicenda eſt die ſecunda Februarij poſt Completorium, etiam in Eccleſia propria. 270.

1681. 1. Mar. —— Officium ſemiduplex, quod occurrit in Dominica infra Octavam non privilegiatam, non eſt celebrandum in feria ſecunda ſequenti, licèt 271.

non

non impedita, ſi habeatur reponendum aliud Feſtum altioris ritus.

1681. 1. Mar. — Officia conceſſa ſemel in Hebdomada, non ſunt celebranda in Adventu, Quadrageſima, quatuòr Temporibus, nec in Vigilijs, niſi aliter in conceſſione exprimatur. 272.

1681. 1. Mar. — Ubi Feſtum S. Thomæ Epiſcopi & Martyris celebratur ſub ritu duplici, ſi occurrerit in eo Dominica, die ſequenti fiat Officium de die infra Octavam Nativitatis Domini. 273.

1681. 1. Mar. — Si transferatur Feſtum S. Luciæ in feriam ſecundam ratione Dominicæ privilegiatæ, Veſperæ erunt de die octava Conceptionis cum commemoratione S. Luciæ. ¶ Vide infra num. 316. 274.

1681. 1. Mar. — Quotieſcũq; in Sabbato ante Dominicam privilegiatam Officium fuerit de ſeptima die infra aliquam Octavam, Pſalmi Veſperarum erunt de Pſalterio, Capitulum de Dominica ſequenti, cum ſola commemoratione de die Octavo. ¶ Hoc etiam antea deciſum fuit 1622. 9 Nov. 275.

1681. 1. Mar. — In Proceſſionibus, quæ fiunt cum SS. Sacramento, qui incedunt ante illud, in occurſu, & tranſitu à latere ejuſdem, debent facere genuflexionem, dummodo videant prædictum SS. Sacramentum. 276.

1681. 1. Mar. — In Proceſſionibus Candelarum, Palmarum, & ſimilium, quæ fiunt intra Eccleſias ſine Sacramento, non eſt pulſanda Campanula ad elevationem SS. Corporis Chriſti in Miſſa privata: Quod ſi pulſetur, & advertatur elevatio, tunc genuflectendum utroque genu à tranſeuntibus ante Altare, ubi Miſſa celebratur, & depoſito SS. Sacramento, progrediendum: Similiter, ſi alij tranſeant in elevatione Calicis. 277

1682. 24. Jan. — Qui habent Privilegia celebrandi Octavas in Quadrageſima, non ideo debent facere commemorationem in Feria quarta Cinerum. 278.

1682. 24. Jan. — Si in Quadrageſima Officium occurrerit de die infra Octavam, debent prædicti Privilegiati dicere Miſſam Conventualem de Feria cum com- 279.

commemoratione Octavæ; Miſſæ verò privatæ dici poſſunt de Octava cum commemoratione Feriæ, ut præſcribit Rubrica Miſſalis *tit.* 3. *de Fer. & Vig. num.* 2.

1682. 24. Jan. —— Feſta ad libitum occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalitijs Sanctorum alicujus Diœceſis, vel Religionis, ſunt omittenda. ¶ Vide infra num. 284. 280.

1682. 24. Jan. —— Officia ad libitum occurrentia eo die, in quo aliàs aliquod Feſtum translatum poni deberet, vel in quo agendum eſſet Officium conceſſum ſemel in Hebdomada, vel in Menſe, poſſunt celebrari, protracto ulterius ad aliam diem Feſto translato, vel omiſſo Officio per Hebdomadam, aut per Menſem conceſſo. 281.

1682. 24. Jan. —— Regulares non tenentur recitare Officia de Patronis minus principalibus, niſi ſint deſcripta in Kalendario Romano, vel in proprio dictorum Religioſorum. 282.

1682. 3. Jun. —— Regulares tenentur celebrare ſub ritu duplici primæ claſſis cum Octava Feſtum de Dedicatione, & de Titulari Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur. 283.

1682. 13. Jun. —— Si Feſtum ad libitum non potuerit celebrari, & habuerit etiam ritum ſimplicem de præcepto, eo Anno non omittatur, ſed celebretur ritu ſimplici. ¶ Vide infra num. 304. 284.

1682. 13. Jun. —— In repoſitione duorum, vel plurium Feſtorum ritum habentium eumdem, & die occurrentium diverſa, attendatur prioritas translationis, niſi attendenda ſit major dignitas. ¶ Vide infra quoad majorem dignitatem num. 296. 285.

1683. 13. Jan. —— Si Feſtum Sancti Confeſſoris transferatur in proximè ſequentem diem, in Hymno *Iſte Confeſſor* nulla fiat mutatio Verſiculi, ſed dicatur *Meruit beatas*, dummodo primæ Veſperæ non ſint impeditæ. ¶ Vide infra num. 323. 286.

1683. 20. Mar. —— Officia affixa diebus Dominicis, ut de SS. Roſario, & de Patrocinio Beatæ Virginis Mariæ, ſi ſint impedita Feſto altioris ritus, vel dignitatis, ſunt omittenda. ¶ Quoad feſtum SS. Ro- 287.

ſarij, hoc etiam antea deciſum fuit 1638. 6. Febr.
¶ Vide tamen infra num. 305.
1683. 20. Mar. —— Regulares tenentur quidem celebrare ſub ritù duplici primæ claſſis Feſtum de Patrono principali Loci, Regni, ſeu Provinciæ, & de Titulari Eccleſiæ Cathedralis, ſed ad eorum Octavas non tenentur. 288.
1683. 20. Nov. —— Si concedatur pro aliquo Feſto ritus duplex ſine expreſſione majoris, vel minoris, conceſſio intelligatur de duplici minori, etiamſi ad honorem Deiparæ facta fuerit. ¶ Vide infra num. 332. 289.
1684. 13. Jun. —— In Eccleſijs Titularibus Beatæ Virginis Mariæ facienda eſt in Suffragijs commemoratio de eàdem Beata Maria, non obſtante, quod in Choro recitetur ejuſdem Officium paruum. ¶ Hoc etiam antea deciſum fuit 1604. 10. Jan. 290.
1684. 23. Sept. —— In Feſto Nominis Beatæ Virginis Mariæ non eſt facienda commemoratio de eiuſdem Nativitate, & in ſecundis Veſperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non eſt facienda commemoratio de prædicto Nomine. ¶ Vide infra num. 303. 291.
1684. 2. Dec. —— Canonici Lateraneñſes extra Urbem exiſtentes, licèt poſſint, & valeant celebrare Officia Sanctorum, quorum Reliquiæ in Baſilica Lateranenſi reperiuntur, non ideo in Miſſa dicere debent *Credo*. ¶ Vide infra num. 301. 292.
1684. 2. Dec. —— Sola ratione SS. Sacramenti expoſiti non eſt dicendum Symbolum in Miſſis privatis. 293.
1684. 2. Dec. —— Durante expoſitione SS. Sacramenti non poteſt regulariter celebrari Miſſa de *Requiem*, neque cantari pro adimplenda mente Teſtatoris, ſive Anniverſario ſatisfaciendo, licèt currat Officium hujuſmodi Miſſas admittens. 294.
1684. 2. Dec. —— Poteſt fieri commemoratio de SS. Sacramento, ſi expoſitum ſit, etiam in Miſſa de Feſto duplici, quod non ſit primæ, vel ſecundæ claſſis. 295.
1684. 2. Dec. —— In occurſu non poteſt transferri Officium proprium alicuius Diœceſis, vel Religionis, 296.
ut eo

ut eodie agatur de Feſto ad libitum, ne omittatur. ¶ Vide infra num. 318.

1684. 2. Dec. —— Qui celebrat Miſſam de Beata Maria eodie, quo fit de aliquo Feſto ſemiduplici infra Octavam ejuſdem Beatæ Mariæ, debet dicere Miſſam de Octava, ſed more Votivo, ſine *Gloria*, & ſine *Credo*, niſi ſuerit Sabbatum, quia tunc dicenda erit *Gloria*, ſine *Credo*. 297.

1684. 2. Dec. —— Qui in Sabbato recitat Officium de Beata Maria, ſi celebret Votivam de aliquo Sancto, non debet dicere *Gloria*, neque Præfationem Beatæ Mariæ. 298.

1684. 2. Dec. —— Non eſt omittenda una ex aſſignatis Orationibus in Miſſali, veluti *A cunctis*, ut ejus loco dicatur aliqua Oratio imperata ab Epiſcopo, veluti *Deus Refugium*, neque ut recitetur per ultimo loco Oratio pro Defunctis. 299.

1684. 2. Dec. —— Licèt in illis Eccleſijs, in quibus adeſt inveterata Conſuetudo cantandi Miſsam Votivam de Beata Maria ſingulis diebus Sabbati, poſſit hic pius uſus, ſeu Populorum Devotio continuari etiam in Sabbatis Feſto duplici impeditis, non eſt tamen omittenda Miſsa Conventualis. 300.

1684. 2. Dec. —— Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet inſignem Reliquiam in propria Eccleſia, ſi celebret eodie in alia Eccleſia, debet omittere *Credo*. 301.

1684. 2. Dec. —— Licèt Rituale dicat, quod poſt Abſolutionem, quæ fit ſuper Cadaver in Die Obitus, vel ſuper Tumulum in Anniverſario, dicto ℣. *Requieſcant in pace*, ſubjungi debet, *Anima ejus*, *& Animæ omnium Fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace*, nihil tamen addendum ſuper Lecticam, ſeu Caſtrum doloris in Die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum. ¶ Vide infra num. 310. 302.

1685. 15. Sept. —— Si officium Nominis Beatæ Virginis Mariæ venerit in Die Octava Nativitatis ejuſdem, Officium erit de Nomine, omiſſa in utriſque Veſperis, & Laudibus commemoratione de prædicto die Octavo Nativitatis. ¶ Vide infra num. 305 303.

1686. 4. Maij. —— Cùm primùm habita fuerit notitia de obitu alicujus Perſonæ cantari poterit Miſſa de *Requiem* etiam in Feſto duplici, quod non ſit de præcepto, nam in hoc caſu prædicta Miſſa erit differenda. 304.

1686. 20. Jul. —— Officium Nominis Beatæ Virginis Mariæ occurrens in Feſto Exaltationis Sanctę Crucis, vel in alio altioris ritus, aut dignitatis, transferatur, non verò omittatur. 304.

1686. 20 Jul. —— Si plura ſint transferenda Feſta, quæ eàdem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repoſitione major Apparatus, vel Populi Concurſus, ex quo vocatur etiam major Solemnitas, ſuppoſito tamen, quod ſint ejuſdem ritus. 306.

1688. 3. Apr. —— Decreta ſuperius poſita num. 253. & 256. licèt comprehendant tantùm Feſta duplicia, intelligenda tamen ſunt etiam de Dominicis, de diebus infra Octavas Epiphaniæ, Paſchatis, Penteco ſtes, & Corporis Chriſti, & de omnibus alijs diebus, quibus juxta Rubricas non poſſunt celebrari Miſſæ Defunctorum. 307.

1688. 16. Apr. —— Quando dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Eccleſiæ*, non eſt dicenda Oratio *Contra Paganos*, vel alia hujuſmodi, quia ſufficienter una continet, quod & altera. 308.

1688. 23. Sept. —— In illa Eccleſia, ubi adeſt Capella, vel Altare SS. Roſarij, poteſt celebrari Officium de eodem SS. Roſario ſub ritu duplici majori in Dominica, quæ vel occurrit in Kalendis, vel prima eſt poſt Kalendas Octobris. ¶ Hoc tamen antea conceſserat Gregorius Decimus tertius 1573. 1. Apr. 309.

1688. 5. Oct. —— Si in Die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum occurrerit Dominica, vel alicubi Feſtum de præcepto diei Dominico æquale, Officium cum Miſsa Defunctorum transferatur in diem ſequentem, etiam Feſto duplici impeditam. 310.

1689. 29. Jul. —— Quando dicitur Collecta, vel Miſsa *Contra Paganos*, non poteſt mutari nomen *Paganorum*, dicendo, *Turcarum*, *Hæreticorum*, *&c.* 311.

1690.

1690. 11. Febr. & 11. Mar. —— In Sabbato Sancto omnino prohibeantur Miſsæ privatæ, etiam poſt pulſationem Campanarum, in quacumque Eccleſia, aut Oratorio privato, non obſtante contraria conſuetudine. 312.

1690. 11. Mar. —— Si Feſtum Annunciationis Beatæ Virginis Mariæ occurrerit in Feria ſexta in Paraſceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur ejus Officio unà cum præcepto audiendi Miſsam, & vacandi ab Operibus ſervilibus ad Feriam ſecundam poſt Dominicam in Albis, protracto ad aliam diem Feſto in ea occurrente, niſi fuerit duplex primæ claſſis. ¶ Notandum primo quod ſi alicubi in prædicta Feria ſecunda occurreret duplex primæ claſſis, ibique Annunciatio celebraretur ſub eodem ritu, adhuc duplex illud eſset transferendum, & celebranda Annunciatio. ¶ Notandum ſecundò, quod licet Annunciatio ſit ſecundæ claſſis, ſi tamen haberetur reponendum Officium primæ claſſis, nihilominus in prædicto caſu eſset agendum de Annunciatione. ¶ Notandum tertiò, quod protracta ulterius Annunciatione ob Feſtum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi Miſsam, & vacandi ab Operibus ſervilibus. 313.

1690. 11. Mar. —— In Patronorum, ſive Protectorum præcedentia ſervandus eſt Ordo Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, & inter Ordinem Hierarchicum anterioritas in electione. 314.

1690. 10. Jun. —— Translato Feſto, in cujus Die conceditur Indulgentia, non transfertur etiam Indulgentia, niſi ex conceſſione ſpeciali. ¶ Hoc etiam antea deciſum fuit 1679. 30. Sept. 315.

1691. 11. Aug. —— Quæcumque Dies Octava Beatæ Virginis Mariæ debet habere integras utraſque Veſperas in concurrentia cum Feſto duplici minori. 316.

1691. 19. Oct. —— De ſancto, cujus habetur Corpus, vel inſignis Reliquia, non poteſt fieri Officium, niſi conſtet de identitate, & niſi reperiatur in Martyrologio Romano; Reliquiæ verò à Locorum Ordinarijs approbatæ poſſunt exponi ad Fidelium venerationem. 317.

1692. 30. Mar. —— Officia ad libitum poſſunt transferri in ſolam ſequentem diem, dummodo non ſit impedita Feſto duplici, vel ſemiduplici, vel non habeatur reponendum aliquod Feſtum tranſlatum, cujuſcumque ritus. ¶ Vide infra num. 328. ¶ Aſſerunt Aliqui hoc Decretum revocatum fuiſſe, ſed nondum ad me pervenit ſit hujuſmodi revocatis. 318.

1692. 26. Apr. —— Si primæ Veſperæ de S. Martina impeditæ fuerint Feſto duplici, vel Dominica, Hymnus proprius Veſperarum uniatur Hymno Matutini, & ex duobus fiat unus ſub unica concluſione *A nobis abigas*. 319.

1682. 12. Maij. —— Ubi die decima octava Decembris celebratur Officium de Expectatione Beatæ Virginis Mariæ, omittendæ ſunt ad Laudes Antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa Feria in proprio de Tempore. 320.

1692. 12. Maij. —— Si prædictum Feſtum Expectationis venerit in Feria quarta quatuor Temporum, nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendum ejus Evangelium in fine Miſſę, ſed illud S. Joannis, ideoque de Feria ſola fiat commemoratio in Officio, & in Miſſa. 321.

1692. 17. Maij. —— A die decima ſeptima Decembris incluſivè uſque ad Vigiliam Nativitatis excluſivè fieri poteſt quodcumque Officium novem lectionum, ſive occurrens, ſive etiam translatum. 322.

1692. 14. Jun. —— Translato Feſto Sancti Confeſſoris ultra ſequentem diem, in Hymno *Iſte Confeſſor* facienda eſt mutatio Verſiculi, dicendo *Meruit ſupremos*. 323.

1692. 14. Jun. —— Si ſimul transferenda ſint Feſta S. Joſeph., & Annunciationis, prius reponatur Annunciatio, deinde S. Joſeph, non obſtante Decreto edito in contrarium ſub die 12. Jun. 1682. 324.

1692. 13. Sept. —— Si Feſtum S. Joſeph venerit in Feria quinta in Cœna Domini, non ſolùm ſervandum erit præceptum vacandi ab operibus ſervilibus, ſed etiam præceptum audiendi Miſſam, ideoque per Ordinarios Locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ Miſſæ privatæ ante celebrationem ſolitæ Mil- 325.

Digitized by Google

Miſsæ Conventualis non deſint. ¶ Idem dicendum, ſi Feſtum Annunciationis occurrerit in prædicta Feria quinta.

1692. 13. Sept. —— In prædicto caſu S. Joſephi occurrentis in Feria quinta in Cœna Domini, antiquus mos Communionis Cleri in Miſsa ſolemni ejuſdem Diei, ſumma religione hactenus retentus, nullatenus omittatur ob aliquarum celebrationem Miſsarum. 326.

1692. 13. Sept. —— Ubi celebratur Feſtum S. Raphaelis Archangeli, ad octavam Benedictionem dicatur *Cujus Feſtum*, non verò *Quorum Feſtum*. 327.

1693. 19. Jan. —— Officia ad libitum occurrentia infra Octavas non privilegiatas, etiam particulares alicujus Diœceſis, vel Religionis, non ſunt celebranda, ſed omittenda. ¶ Hoc etiam antea deciſum fuit 1684. 2. Dec. 328.

1993. 26. Febr. —— Si Feſtum de Septem Doloribus Beatæ Virginis Mariæ, quod multis in locis celebratur feria ſexta poſt Dominicam Paſſionis, impediatur ab Officio altioris ritus, vel dignitatis, transferatur in Sabatum ſequens non impeditum, & non ulterius. 329.

1694. 23. Jan. —— Si Vigilia S. Matthiæ occurrerit ultima die Bacchanalium, obſervetur eàdem die Jejunium, non verò anticipetur. 330.

1695. 17. Dec. —— Sacerdos, qui celebrat Miſsam Conventualem, in qua Chorus tenetur cantare Symbolum Apoſtolorum, non poteſt illam proſequi eo tempore, quo à Choro cantatur Symbolum prædictum. 331.

1696. 18. Febr. —— Extenditur ad Eccleſiam Univerſalem Feſtum Beatæ Virginis Mariæ de Mercede, celebrandum die vigeſima quarta Septembris ſub ritu duplici de præcepto cum Oratione propria, ac Lectionibus ſecundi Nocturni. ¶ At quia in Decreto non exprimitur ſufficienter Ritus, ideo intelligendum eſt de duplici minori, ut patet ex ſuperius dictis num. ~~297.~~ 289. 332.

1696. 22. Dec. —— Non eſt transferendum in diem immediatè ſequentem Feſtum illud, ante cujus translationem habentur reponenda alia Officia prius trans- 333.

lata ejuſdem ritus, non obſtante Decreto edito ſub die 30. Sept. 1679. Quoad verò Feſtum ſemiduplex in Dominica infra Octavam occurrens, omnino ſervanda eſt Rubrica generalis Breviarij *de translat. Feſtor. num. 5.* ¶ Ex hoc infertur, quod non niſi in prædicto caſu transferendum eſt Semiduplex in diem immediatè ſequentem infra Octavam; *Exceptiò* enim *firmat regulam in non exceptis*, ideoque de Feſto ſemiduplici, quod occurrit in Feſto duplici infra Octavam, non poteſt amplius fieri die immediatè ſequenti, licèt non impedita.

1697. 27. Apr. —— Evangelium pro ſolemni Palmarum Benedictione canendum eſt in cornu Epiſtolæ ab illo, qui celebrat abſque Diacono, & Subdiacono. ¶ Sic decrevit Sacra Rituum Congregatio in Reſponſione ad Fulvium Secundum Franceſchinum Cœremoniarum Magiſtrum Oppidi Pertiæ Eugubinæ Diœceſis, à quo ad me benignè tranſmiſſum fuit pergratum Originale cum authentico præfatæ Congregationis Sigillo. 334.

1697. 27. Apr. —— in Vigilia Epiphaniæ omnino prohibentur Miſsæ Votivæ privatæ, & de *Requiem*. ¶ Adhibita diligentia hoc Decretum non exiſtit. 335

1698. 27. Sept. —— Si occurrerint, vel fuerint transferenda duo Feſta ejuſdem ritus, quæ unica die occurrebant, quorum unum ſit Univerſale, & alterum Particulare alicujus Diœceſis, vel Religionis, prius fiat de Univerſali, deinde de Particulari, niſi obſtet ratio majoris dignitatis. 336.

1698. 27. Sept. —— Primæ, & ſecundæ Veſperæ Angelorum Cuſtodum dividendæ ſunt à Capitulo, ſi concurrant cum Feſto duplici minori. ¶ Ex hoc infertur, non eſse attendendam majorem dignitatem in concurrentia Feſti duplicis minoris cum Officio ejuſdem ritus, exceptis Feſtis B. V. M. 337.

1698. 6. Dec. —— Feſtum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione Corporis, vel inſignis Reliquiæ, celebrandum eſt ſub ritu ſemiduplici, niſi ſit Feſtum unicum, vel principale, & ſuppoſita conceſſione, ſi bis celebretur. 338.

1699.

1699. 8. Febr. —— Feſta duplicia, & ſemiduplicia tranſ- 339.
lata, præferenda ſunt Officio S. Benedicti ſemel in
Hebdomada conceſſo. ¶ Patet ex hoc, quid in ſi-
milibus ſit faciendum.

1699. 21. Mar. —— Regulares, obtenta à Locorum Or- 340.
dinarijs licentia oretenus, vel in ſcriptis faciendi ſo-
lemnes Proceſſiones extra limites Conventuum ſuæ
Religionis cum Statua, aut reliquia alicujus Sancti,
poſſunt uti pluviali, licèt ejus uſus non fuerit expreſ-
ſus in licentia obtenta.

1699. 21. Mar. —— Uſus Pluvialis in Proceſſionibus 341.
ſolemnibus non eſt teſtimonium, nec ſignum Juriſ-
dictionis in utente Sacerdote.

1700. 24. Jan. —— Sub generali Indulgentiarum ſuſpen- 342.
ſione, quæ fit Anno Jubilæi, non comprehendun-
tur Altaria Privilegiata; nec aliæ Indulgentiæ pro
ſolis Defunctis conceſſæ.

1701. 22. Jan. —— In Paramentis nigris non eſt admini- 343.
ſtranda Euchariſtia.

1701. 22. Jan. —— In Feſto SS. Corporis Chriſti non 344.
eſt facienda Proceſſio cum SS. Sacramento ſine
Pluviali.

1701. 22. Jan. —— Quando exponuntur Reliquiæ, ul- 345.
tra Lampadem, debent continuò ardère in Altari
duo Lumina, aliàs non exponantur.

1701. 22. Jan. —— Ante Oſtiolum Tabernaculi SS. 346.
Euchariſtiæ, in quo depicta, vel inſculpta eſt Imago
Salvatoris, non eſt retinendum Vas Florum, vel
quid ſimile, ſed collocandum in humiliori, & decen-
tiori loco.

1701. 22. Jan. —— Non eſt facienda Altaris thurifica- 347.
tio in Miſſa Conventuali Dierum ſolemnium, ſi abſ-
que cantu, & Miniſtris celebretur.

1701. 22. Jan. —— Sacerdos in Sacrificio Miſſæ con- 348.
gruentiùs utitur Cingulo lineo, quàm ſerico.

1701. 22. Jan. —— In Sacrificio Miſſæ non eſt adhiben- 349.
da Palla drappo ſerico à parte ſuperiori cooperta.

1701. 22. Jan. —— Regularium Superiores non veniunt 350.
ſub nomine Ordinariorum, & conſequenter non
poſſunt aſſignare aliquam ex Dominicis Novembris
pro recitatione Officij de Patrocinio Beatæ Virginis

Ma-

Mariæ, quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico pręfati Menſis à Locorum Ordinarijs eligendo. ¶ Roboratur ex hac Declaratione Decretum ſuperius poſitum num. 116.

1702. 11. Febr. —— Officium S. Ubaldi habet Orationem propriam, ac tres Lectiones ſecundi Nocturni. ¶ Hoc Feſtum ex Semiduplici ad libitum, erectum fuit ad Semiduplex de præcepto ſub die 10. Dec. 1701. 351.

1702. 1. Jul. —— Conceditur Officium ſimplex S. Liborij Epiſcopi Confeſſoris occurrentis die vigeſima tertia Julij, cum ſola commemoratione in Veſperis, & Laudibus, ac cum Oratione *Da quæſumus* ex ejus Communi. ¶ Si die vigeſima tertia fuerit Sabbatum; fiet commemoratio de Vigilia anticipata S. Jacobi Apoſtoli, cujus Oratio cùm ſit *Da quæſumus*, ideo ad varietatem recitanda erit Oratio *Exaudi* pro commemoratione S. Liborij, ut patet ex Rubrica Miſſalis *tit. 7. de Comm. num.* 8. 352.

1703. 23. Jun. —— Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Ciſtercienſis, quæ utuntur Breviario Romano, ut adaptare poſſint juxta ritum prædicti Breviarij Romani plura Officia unà cum Miſſis proprijs anno proximè præterito ſub die 9. Decembris toti Ordini Ciſtercienſi conceſsa, eaque ſic accomodata faciant Typis imprimi, nec non ſecundùm eaſdem Feſtivitates valeant celebrari facere Miſsas per Capellanos Eccleſijs earumdem ſervitio addictos cum Miſsali Romano, & juxta illius Rubricas. 353.

FINIS.

LIBRI CVRIOSI

MODERNI

Stampati nuovamente, che ſi vendono in Venezia in Caſa di Leonardo Pittoni Libraro à S. Giuliano in Corte del Vino, vicino la Corte del Forno.

Vita del Sommo Pontefice Innocenzo XI. deſcritta da D. Gio: Battiſta Pittoni Sacerdote Veneto, & in queſta ſeſta impreſſione accreſciuta di notizie, con li Miracoli operáti da ſua Divina Maeſtà per mezo li Agnus Papali benedetti dal ſopradetto Sommo Pontefice, con il ſuo Ritratto al naturale. Si vende. Lire una, ſoldi quattro.

Propoſizioni di Michele de Molinos dannate dal predetto Pontefice Innocenzo XI. con la dannazione d'un Libro compoſto dall'Arciveſcovo di Cambrai, & altre Propoſizioni, le quali dannarono Aleſſandro Ottavo, & Innocenzo duodecimo, poſta nel fine la Dichiarazione della Summa de' Caſi in *Bulla Cœnæ*, con Ritratto in Rame. ſoldi dodeci.

Il Miſtico Giraſole, overo, Induſtrie per unirſi al Signor Iddio, del Padre Alfonſo Gianotti della Compagnia di Gieſù. ſoldi dodeci.

Spiegazione del *Magnificat*, Opera poſtuma del Padre Paolo Segneri della Compagnia di Gieſù, non più ſtampata, con il Ritratto dell'Auttore in Rame. ſoldi dodeci.

La Vocazione Vittorioſa, Operetta Spirituale, in cui ſi dimoſtrano gl'Aſſalti fatti alla Gioventù chiamata da Dio alla Religione, e l'Arte da ributtarli; data in luce da Gio. Pietro Pinamonti della Compagnia di Gieſù. ſoldi ſedici.

Il Penſiero de' Penſieri, dodeci Conſiderazioni ſopra la Nobiltà, Bellezza, Prezzo, & altre Qualità dell'Anima Noſtra, cavate in parte da un'Operetta del Padre Gio: Pietro Pinamonti della Compagnia di Gieſù. ſoldi ſei.

Due elegantiſſimi Panegirici Latini, ſcritti dalla penna eloquentiſſima del P. Stefano Petiot della Compagnia di Gieſù, e da Lui recitati, l'uno à Lodovico Decimoterzo Rè di Francia, l'altro in occaſione della Naſcita del Delfino hora Lodovico Decimoquarto Regnante, con ambidue li Ritrati in Rame. ſoldi dodeci.

Li-

Libriciolo divoto, intitolato. Scelta di nove Virtù del B. Luigi Gonzaga facilmente imitabili da chi voleſſe prepararſi alla ſua Feſta, diſtribuite in nove Giorni precedenti ad' eſſa. ſoldi due.

Idea d'un buon Confeſſore ſecondo la Dottrina, e modo di Vivere di S. Franceſco di Sales Veſcovo, e Principe di Geneva: Operetta del Dottore in Sacra Theologia Raimondo Bonalio. ſoldi dodeci.

Riſpoſte curioſe, che ſi danno ad' ogni Queſito in più ſorti de' verſi Italiani, e Latini: faciliſſima Invenzione Numerica del Pittoni, che ſerve per render allegra una Nobile Radunanza, ed'eccitarla à conſummare con guſto l'hore più ozioſe del Giorno nell'Eſtivo Trimeſtre, e quelle più tedioſe della Notte nella ſtagione Brumale, con Figura in Rame. ſoldi ſedici.

Decennio Romano de'Divini Officij, ò ſia, Calendario Romano per dieci Anni dall' Anno 1703. ſino all' Anno 1712. *incluſivè*, eſpoſto ad' utile, e commodo di tutte le Dioceſi da D. Gio: Battiſta Pittoni Sacerdote Veneto. Lire una.

Stà ſotto il Torchio altro Libretto dello ſteſſo D. Gio: Battiſta Pittoni Sacerdote Veneto, intitolato: Conſtituzioni Pontificie, e Deciſioni delle Sacre Congregazioni di Roma ſpettanti ai *Parochi* dell'uno, e l'altro Clero, cioè Secolare; e Regolare; dall' Anno 1448 ſino all' Anno 1703. *incluſivè*, ove ſi toglie à Paſtori ogni fatica nell' oſſervazione applicatiſſima degl' Auttori per la notizia delle coſe decretate, e deciſe, e aſſime ſi ſolleva il Paroco dalla groſſa ſpeſa de più riguardevoli Dottori, che in queſto Libretto ſono citati. Si venderà ſoldi ſedici.

Devotiſſimi Sermoni ſopra il Santiſſimo Sacramento dell' Altare, fatti alla breve per commodo de' Parochi da Monſignor D. Lodovico Agoſtini Ferrareſe, Protonotario Apoſtolico. ſoldi dieci.

Trattato de'Scrupoli di Conſcienza: che coſa ſiano: con quali Rimedi ſi curino, e ſe ſia bene operare contro li Scrupoli, non potendoſene liberare: Operetta utile, e neceſſaria à Confeſſori, e Penitenti, compoſta da Giuſeppe Cabrini Dottore in Sacra Theologia, e conſultore Generale della Santa Inquiſizione di Venezia, riſtampata la terza volta ad' iſtanza de' Confeſſori di Monache. ſoldi dieci.

Il vero Giorno, in cui è ſeguita la Paſſione, e Morte del

No-

Noſtro Signor Gieſù Chriſto: Operetta curioſa, dove rigettata l'Opinione d'alcuni Mathematici, ſi prova con valide ragioni, eſſere occorſa alli ventiſei di Marzo in Venerdi, ſentimenti di Giovanni Padovanio ſù Rettore in S. Margarita di Verona. ſoldi ſei.

Riſoluzione de'Dubij per acquiſtare l'Indulgenza Plenaria, ed'il Santiſſimo Giubileo: Operetta utiliſſima non meno à Penitenti, che à Confeſſori, con le citazioni de gl'Anttori più claſſici, ed'approbati. ſoldi ſei.

Profezia veridica di tutti i Sommi Pontefici fino alla fine del Mondo, fatta da S. Malachia Arciveſcovo Armacano, non già quella, che ſi vede riſtretta nell'anguſtie di quattro carte, mà diffuſa, ed'accreſciuta con la ſpiegazione de gl'ultimi paſſati Pontefici, che mancavano. ſoldi otto.

La Diſperazione di Giuda, Poema del Signor Torquato Taſſo, che dall'ombre di ſecreto Cancello ſi è datò alla luce delle Stampe per ſoddisfare à Curioſi, che lo ricercavano, con figura in Rame. ſoldi ſei.

Hiſtoria della Vita, Azioni, e Guerre crudeliſſime del fiero Rè Attila fatte nell'Italia, e ſpecialmente nella Lombardia, cavate da Originali manoſcritti antichiſſimi con due figure in Rame di D. Gio: Battiſta Pittoni Sacerdote Veneto: ſeconda Impreſſione ad'inſtanza de'Curioſi. ſoldi dodeci.

Hiſtoria di Gondeberga Reina de' Longobardi, deſcritta dal Dottor Aleſſio Leſmi Monzeſe, degna d'eſſer letta da qualſivoglia Dama, e Cavaliere, come pure da quelle, che vivono rinſerrate dentro de'Chioſtri, con il Ritratto in Rame. ſoldi ſedici.

Li Amori di Lugrezia della Prada, Dama delle più illuſtri Famiglie di Guaſcogna nelle Provincie della Francia, Hiſtoria portata dal Franceſe dal Conte Nerves, con il Ritratto in Rame. ſoldi ſedici.

Trattato de' Cavalieri, overo, Vermicelli, che fanno la Seda, con il modo di regolarli, e conſervarli da ogni loro inferà, acciò poſſano produrre il ſuo lavoro à perfezione: Operetta curioſa, e di gran vantaggio, riſtampata la terza volta ad'inſtanza di molti Territorij, ne quali ſervirono di gran profitto e Regole di queſto Libretto.

Le Virtù del *Caffè*, Bevanda la più ſalutifera, e la men conoſciuta, introdotta nuovamente nell'Italia aggiuntevi in queſta ſeconda Impreſſione le Virtù della Cioccolata, dell'

Her-

Herba Thè, e del Ribes Sorbetto Arabico, con le Figure delle Piante. ſoldi otto.

Abachino di Franceſco Garatti, con diverſi Contarelli per iſtruzione de' Principianti, e per il ragguaglio del Prezzo de' Cambij, che ſanno le Piazze, e Fiere, ed' altre notizie neceſſarie ad ogni Negoziante. ſoldi dodeci.

Noviſſima Corriſpondenza delli Peſi, e Miſure di Venezia con li Peſi, e Miſure delle Città, e Terre, che negoziano con Eſſa, di Sorìa, Barbarìa, Turchìa, Germania, Francia, Spagna, ed' Italia: Opera di Antonio Megliorati Profeſſore d' Aritmetica in Venezia. ſoldi ſedici.

Iſtruzione Generale de' Viandanti, con la Deſcrizione dell' Europa: diſtinzione de' Regni, Provincie, e Città: cognizione delle Monete, notizia d'alcune Parole più neceſſarie, eſpreſse nelle Lingue Italiana, Franceſe, Spagnuola, Tedeſca, Pollacca, e Turcheſca. Lire una, ſoldi quattro.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google